





42
D. O. M. A. 1611
DISPUTATIO JURIDICA 4

De
IURE SUORUM
HEREDUM

aliâs SUI TATE M dicunt.

Publicè proposita

P R Æ S I D E

V A L E N T I N O G U I L E L M O
F Ö R S T E R O, J U. D. & Pro-
fessore publico.

R E S P O N D E N T E

J O H A N N E S T R A U C H I O
V Vittebergense.

Habebitur Disputatio

In auditorio Jureconsultorum
ad diem 20. Septemb.

V V I T T E B E R G Æ,

Typis Johannis Gormanni.

ANNO M. DC. XI.

D. O. M. A.
DEPUTATIO JURIDICA

JURIS
HEREDITUM

CLASSICAE ACADEMIAE

PROFESSORIS

PRÆSIDIS

VALENTINO GUILIELMO

FIRSTERO J. D. & PRO-

FESSORE PUBLICO.

RESPONDENS

JOHANNI STRAUSSO

VINCIBERGENSE.

ADVERSUS

IN AUDITORIO JURISCONSULTORUM

AD D. M. SEPTEMBER

T H E S I S I.



Aspidiunt aliqui, nomen hoc, fuitas, tatis, quasi minus latinum: sed alij non indocti viri, retinendum censent; quippe quod & Cicero dixerit Appietatem, & Lentulitatem, & alij Patavinitatem; & quod malitas, mortalitas, sceleritas, in jure passim, nec nō imbonitas, differentas, beatitas, famulitas, dulcitas, aut unitas, vitiositas atq; similia legantur apud approbos autores.

II. Suitatem (à suo vel suis appellatam, ut Mattheacius monuit) definiunt varij variè. Nos definimus, quod sit qualitas heredum agnatorum, qui primum in potestate patris locum tenent, dominij continuationem atque necessitatem inducens ipso jure. Quamvis enim Alciatus & Hotoman. atq; Neoterici quidam negent suitatem agnationis speciem esse: arbitretur etiam aliqui suitatē absq; patri potestate dari posse: Nos tamen in illo cum Cujacio & Roberto, in hoc, cum Decio ac Mattheacio contrarium tueri nitentur.

III. Suitatem Romanum institutum esse, atq; ex L. XII. tab. originem traxisse, constat inter plerosq;

IV. Constituunt vulgo suitatem triplicem; plenissimam, quando suus heres se immiscuit hereditati,

tati plenam quando nec abstinuit, nec se immiscuit, & semiplenam quando abstinuit hereditate paternâ. Sed hi termini magistrales sunt potius, quàm textuales.

V. SUI sunt, liberi utriusq; sexus à patre descendentes, in potestate constituti, primû successio- nis locum obtinentes, & alij qui liberorum loco & numero sunt, in quos dominium continuatur.

VI. Sunt autem vel naturales vel civiles. Natu- rales, liberi ex iustis nuptijs procreati; civiles sunt adoptivi. Quamquam hi magis jura suitatis habeant, quàm quod reverâ sint sui. Sunt autem sui vel statim, vel successione, aut quasi adgnati- one; Et sunt vel intelliguntur sui, nascituri quo- que, sive postumi, quia pronatis habentur, quan- do de ipsorum commodo tractatur.

VII. Nanciscuntur ex constitutionibus novellis jura suorum hereditatem etiam ij, qui quidem ex ju- stis nuptijs nati non sunt, curijs tamen civitatum dati, vel per subsequens matrimonium legiti- mati.

IX. Effectus suitatis ijdem ferè qui patrie po- testatis: & circa testamentariam successionem, non minimus, quod suus nequeat præteriri. Ete- nim filio, qui in potestate est, præterito, inutile est testamentum, scil. quoad institutionem; non
item

item quoad legata; sicut Andr. Gail. & Donell.
adversus Alciatum & Cujac. rectè docent.

IX. Est & hic in causâ testati suitatis effe-
ctus, quod filius suus non possit heres institui sub
omni conditione: sed sub ea tantum, quæ est in i-
psius potestate. Nam filius institutus sub casuali
vel mixta conditione, præteritus censetur, & te-
stamentum infringit juxta sententiam Duareni
& Donelli veriozem.

X. Quo loco gravis & ardua questio tractari
solet; An liberi in conditione *SI SINE LIBERIS*, po-
siti videantur ex testamento vocati? In quâ non
solum Doctores sibi vehementer contrarij sunt,
sed etiam duarum supremarum Gallie curiarum
altera contra alteram pugnat, ut suaserit Boer.
partibus, controversiâ super eâ re motâ, concor-
diam inirent potius & transfigerent, quàm dubi-
um litis eventum expectarent, teste Franc. Piscin.
Nos autem negativam, quæ communis & rebus
judicatis confirmata est; ut Gail. attestatur, de
jure civili veriozem esse, defendemus.

XI. Utrum autem in potestativa, quam sic di-
cunt, conditione tum demum institutio sortiatur
effectum, si conditioni paruerit, an etiam si nõ pa-
ruerit, & decesserit? facti potestas est ait Ulpian.

A 3

C. alij

(alij legunt facti est, alij facti potius) Fieri namq̄
potest, ut potestativa prorsus in arbitrio heredis
non sit, propter quæ ad generalem definitionem
recurrendum est.

XII. Alius suitatis effectus est, quod existentia
sui heredis cõfirmet tabulas pupillares, ut adver-
sus Alciatum Govean, Vigl. Zuichem. & Anton.
Fabrum rectè docent, Duaren. Donell. Cujac.
Hotom. Foquelin. Gabriel de Gast. & alij pleriq̄.

XIII. Inter effectus suitatis alios hic etiam nu-
merari solet, quod valeat argumentum, Est suus,
Ergo & heres, scil. in favorem filiorũ, & ad hoc,
ut hereditatem petentes præter filiationem nihil
probare teneantur. Nam si filius à defuncti credi-
toribus conventus, solvere nolit, allegans quod nõ
sit factus heres, tum non ipse quod abstinnerit, sed
potius creditores, quod se immiscuerit, probare
debent, juxta communem opinionem, quam sequi-
tur Modestin. Pistor. & Moller. qui & scribit, hoc
ita fuisse observatum.

XIV. Præcipuus autem suitatis effectus consi-
stit in hereditatis transmissione. Nam suus ipso
jure & directò transmittit hereditatem pater-
nam ad heredes quoscunq̄, etiam extraneos, sive
ex testamento, sive ab intestato.

XV. Tollitur suitas, si vivo patre filius moria-
tur.

tur, deportetur, ab hostibus capiatur. An autem
suitas tollatur per substitutionem vulgarem? ar-
duus est articulus inter omnes, ait Jason. Affir-
mativam propugnāt Bartol. Jason. Alex. Vasq. &
Joan. Dauth. Negativā tutati sunt Christopho-
rus Castellioneus subtilitatum princeps & ejus
discipuli, Raphael uterq; Fulgos. & Cuman. Co-
ras. Mattheac. Leonh. Alesnius. Gabr. de Gast. &
A. Faber. Alij nec uno quidem modo, sed variè di-
stinguunt. Nobis negativa magis arridet.

XVI. Difficilis etiam & exagitata questio est.
Num exhereditatio tollat & perimat jus suitatis?
Affirmatè decidant eam post Bartolum & alios
vetustiores Vacon. à Vacun. Govean. Cujac. Do-
nell. & Hotom. Negant autem idem Hotoman.
alibi, Ant. Fab. Salomon. Boet. Gilken. & Forster.
Quidam inter vivum patrem & mortuum, item
an sententia lata sit super exheredatione vel non
& aliter distinguunt. Nos etiam in hac negati-
vam defendendam suscipiemus.

XVII. An autem statutum tollat suitatem?
non minus controversitur. Nos varios casus à se
in vicem cum Angelo Mattheacio distinguemus.
Th. ultima. Sitne discrimen suitatis & eman-
cipationis jure novo, tam in causa testati quàm
intestati sublatum? Quamvis autem Alciat. Cu-
jac.

385
jāc. & alij quod ne quidem in successione ab intestato sublatum sit, opinentur, alij tamen id concedunt, sed negant in causā testati sublatum esse. Sed nos concludimus quod differentia in utriusq; successione specie sublata sit, & tamen adhuc in quibusdam habeat vires.

Corollar.

Angel. Politian. Vir doctissimus, à Mariano Socino interrogatus, quis suus heredes diceretur? parum feliciter obmutuisse fertur. Nec hoc adeò mirandum. Videntur enim verba contradictionem implicare: quippe quod heres non sit nisi alterius. Quomodo igitur suus? Ioannes Bafius ex eo capite negavit alium heredem suum, alium alienum esse. Sunt qui suum ideò sic dictum putent, quod sibi ipsi sit heres, alij quod dicatur suus, quasi suorum bonorum dominus, alij quod dicatur suus quasi *domesticus*, domesticus, proprius. Existimem non esse pronomen, neq; possessivum, neq; reciprocum; sed vocabulum artis, ut sui dicantur, qui extranei non sunt.

Tantum

Deo sit laus & honor.

F I N I S.

Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011





SB

VD17

Retrokonv,







A. 1611
DICA
RUM
M
cunt.
ILELMO
& Pro-
UCHIO
ltorum
b.
anni.
l.

Y2

